

brâ multa sequuntur mala, nempe rixæ et discordiæ, sed ex furore plura : que cum neminem lateant, commemorare non est necessum. Proverbum docet sapientem sedatis esse affectibus, quos qui non novit moderari, litibus et multis prævaricationibus implicatus, non potest Sapientiæ vacare, cuius acquisitio huius libelli scopus est.

VERS. 23. — SUPERBUM SEQUITUR HUMILITAS, ET HUMILEM SPIRITU SUSCIPIT GLORIA. Hebr. : *Superbia hominis humiliabit eum, et humilitas spiritus tenebit gloriam; vel humilem spiritu sustinebit gloria.* In sensu non est diversum ab Evangelico elogio : *Qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur*, plerumque in hac vitâ, semper ante tribunal Dei. Superbi fuerunt valde Pharaon, Nabuchodonosor et alii hostes populi Dei, et reliqui tyranni, Christi et Christianorum persecutores, qui adversus Deum superbientes, quasi illius consilium frustrari aut impedire potuerint; sed in infinitis suppliciorum custodiis penas luunt, et cum summâ ignorantâ malè audientes, hominum opinione sunt viles et contempti. Contra, qui Christo ausculta-verunt dicenti : *Discite à me, quia mitis sum et humilis corde*, Math. 11, vel ante Christum patriarchæ Abraham summâ humilitate dicenti : *Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis*, Gen. 18, vel denique qui Adamum à paradiso eiecerunt, et Luciferum è cælo respicientes, eorum exemplo et spiritus Dei benig-nitate, humilitatem didicerunt, cælestem gloriam asso-quuntur in cælis, et apud homines in terris nominis famâ et honore nunquam carere poterunt, etiam si hæretici illis gloriam detrahant, quò majorem ipsi apud homines habeant, sed *superbia eorum humiliabit eos*.

VERS. 24. — QUI CUM FURE PARTICIPAT, ODIUM ANIMAM SUAM : ADJURANTEM AUDIT, ET NON INDICAT (1). Hebr. : *Qui parititur cum fure, odit animam suam : maledictionem audit, et non indicabit.* Quod de furto dicitur, de quocumque facinore intelligi potest, juxta illud : *Non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus*, Rom. 4, præsertim si partem capiat cum fure, amans lucrum iniquum odit animam suam, ut quam maledictioni et execrationi exponit : nam cum audit omnem populum malè precari illis qui rem alienam abstulerunt, quod omnes solent facere, ut in-

(1) Deest copula, et qui adjurantem audit : par furi est qui à magistratu adjuratus furem sibi notum non indicat. Vide legem Levit. 5, 4. Talis illa adjuratio in Œdipode rege Sophoclis :

*Indico cunctis genere Cadmeo satis :
Quicumque vestrum Læo de Labdaci
Novit, perierit cuius is casus manu,
Hunc jubeo cuncta dicere extemplo mihi.*

Postea :

*Quòd si tacetis, nempe quòd metuens sibi
Quisquam aut amico veritatem absconderit,
Quid deinde sim facturus audiri volo.
Hunc ne quis hominem, terra quàm latè patet
Cujus potestas in meâ posita est manu,
Ad alloquatur, aut suo excipiat lare,
Nec in laorum honore, nec de victimis
Participet illum, nec lavet pariter manus.*
(Grotius.)

nocentiam suam declarent, ipse audit et non indicabit, non restituet : non audeat indicare rem ablatam furto apud se esse, ne furti reus arguatur, atque ita *erosam suam habet animam*, quam et furto et maledictione gravat. Nicolaus de Lyra ex his verbis : *adjurantem audit, et non indicabit*, diversum crimen excogitat ab eo quòd sit particeps furti, nempe non manifestans furum. Et ex novem modis quibus cum fure sit participatio, hunc ultimum addit : *quando post furum factum inquiritur de ipso ut inveniat, et alius scit et non indicat.* Hæc ille. Equidem dubito an liceat indicare si modò fuerit secretum, et si fuerit alioqui viæ integræ famæ qui furum commisit; neque puto quemquam spoliandum suâ famâ et nominis integritate pro re temporali : ut huic suam pecuniam restituendam eum, illius nomen denigrabo ? præsertim antequam seorsim egerim cum proximo, juxta illud Evangelii : *Si peccaverit in te, hoc est, te sciente, frater tuus, corripe eum inter te et ipsum solum*, etc., Math. 18. Lego Thomam secundâ secunde, quæst. 55, art. 7, qui hæc questionem exactius tractat, quâ ratione videlicet indicandum sit crimen alterius, et quâ ratione non debeamus ledere famam alienam. Hebræus contextus qui sic habet : *Maledictionem sive juramentum audit, et non indicabit*, non videtur illum habere sensum, quasi maledictus esset qui non indicaret furum alicujum; sed hunc potius : *qui partem capit cum fure, odit animam suam*, quia cum audierit maledictionem in eos qui habent id quod furto ablatum est, non indicabit, sed feret maledictionem, vel audiet juramentum; hoc est, juramentum admittet et pejerabit potius quàm indicare furem, ne et seipsum videretur accusare. Non est ledenda fama proximi, modò prius fuerit integra, pro re temporali, præsertim in causâ privatâ. Lego Thomam ubi supra.

VERS. 25. — QUI TIMEY HOMINEM, CITO CORRUET : QUI SPERAT IN DOMINO, SUBLEVABITUR. Hebr. : *Timor hominis dabit laqueum; sed qui sperat in Domino elevabitur.* Quod ambiguum est in Hebr. Interpres ad unum sensum contraxit. Nam *timor hominis* intelligitur, vel quando quis nimium timidus est, juxta illud : *Qui observat ventum, non seminat, et qui considerat nubes, nunquam metet*, Eccles. 11 : *opera præclara non audent aggredi qui fortitudine animæ carent; timor huiusmodi dabit laqueum, et impedit quominus vel opes contemnat, et liberaliter in pauperes dispergat, timens ne sibi desint aliquando necessaria : timet jejurne non valetudinem ledat, aut vitam minus diuturnam efficiat; corporalem timens mortem, Christi nomen non audet confiteri coram hominibus. Hic timor laqueus est quo gressus in viâ salutis impediuntur. In Domino collocanda est fiducia, qui suos nunquam deserit, sed exaltat et elevat super omnia damna et pericula quæcumque evenire possunt, contra famem, pestem et gladium. Faciendum quod Dominus præcepit, illius voluntatem conerim implere, et de reliquo nihil timere. In Domino oportet esse securus quod ad bona temporalia, quod ad sanitatem, quod ad vitam spectat, Vel timor intelligitur hominis, in eo qui hominem*

timet, juxta illud : *Nolite timere eos qui occidunt corpus; post hæc autem non habent quid faciant*, Luc. 12. Sensus eodem ferè redit, nisi quòd hic sit angustior, respiciens dumtaxat injuriam que ab homine nobis adferri solet; et hic timor rectè *laqueus* vocari potest, ut qui hominum mentes et voluntates involvat, quominus audeant facere que facienda noverint. *Timor hominis*, sive quem quisque in se habet, sive quem potentior homo inbecillioribus immitit, uterque magno sapientiæ et virtutum est impedimento; sed contra hujusmodi humanum timorem, fiducia in Domino erinus tui et armati : nam *עליוו elevabitur* significat, sive *tuebitur*, loco munito collocatus videlicet; metaphora tractâ à munitionibus, quibus recepti milites se defendunt.

VERS. 26. — MULTI REQUIRUNT FACIEM PRINCIPIS, ET JUDICIUM A DOMINO REGERITUR SINGULORUM. Ex priore versiculo sensus hujus, qui est hujusmodi : *Quemadmodum timor hominis plus potest quàm timor Dei nonnuquam; ita et favorem principis nonnulli plus quaerunt quàm Dei amorem; sed qui fiduciam habet in Domino faciliè contemnet timorem hominum, ita qui cogitat Deum omnium esse judicem; et quidquid promittaverit princeps, non humanum timendum judicium, sed Dei, hic quaerit Dei non hominis placare faciem. Nam ut superius legitur : *Cor regis in**

CAPIT XXX.

1. Verba congregantis filii vomentis. Visio quam locutus est vir cum quo est Deus, et qui Deo secum morante confortatus, ait :
2. Stultissimus sum virorum, et sapientia hominum non est mecum.
3. Non didici sapientiam, et non novi scientiam sanctorum.
4. Quis ascendit in cælum atque descendit? quis continuit spiritum in manibus suis? quis colligavit aquas quasi in vestimento? quis suscitavit omnes terminos terre? quod nomen est ejus, et quod nomen filii ejus, si noster?
5. Omnis sermo Dei ignitus; clypeus est sperantium in se.
6. Ne addas quidquam verbis illius, et arguaris, inveniarisque mendax.
7. Duo rogavi te, ne deneges mihi antequam moriar.
8. Vanitatem et verba mendacia longè fac à me : mendacitatem et divitias ne dederis mihi; tribue tantum victimi meo necessaria :
9. Ne fortè satiatus illiciar ad negandum, et dicam : *Quis est Dominus?* aut egestate compulsus furer, et perjurem nomen Dei mei.
10. Ne accuses servum ad dominum suum, ne fortè maledicat tibi, et corruias.
11. Generatio que patris sui maledicit, et que matris sue non benedicit.
12. Generatio que sibi munda videtur, et tamen non est lota à sordibus suis.
13. Generatio cuius excelsi sunt oculi, et palpebrae ejus in alta surrectus.

manu Dei est, et quocumque voluerit inclinet illud. Aliter, juxta Hebraïsmum, *quaerere faciem* est amorem ambire et favorem. Quod maximè solent facere qui judicio principis subjiciuntur; sed cum judicium à Domino procedat, debentus potius Domini faciem quaerere : nam apud nullum principem causam habemus usque adeò gravem atque apud Dominum, qui judex est omnium, qui postquam occiderit habet potestatem mittere in gehennam, Lucæ 12. Illius igitur timendam est judicium.

VERS. 27. — ADOMINANTER JUSTI VIRUM IMPIUM, ET ADOMINANTUR IMPII EOS QUI IN RECTA SUNT VIA. Hebr. : *Execratio justorum est vir iniquitatis, et execratio impii est rectus in via.* Multa de virtutibus et multa de vitis hacentis tractavit Sapiens, quorum coronidem addens, asserit hæc nihil inter se penitus habere commune. Vir iniquus est abominatio justorum, non quòd naturam humanam possint odio habere justis, sed iniquitatem, sed impietatem execerantur, quæ justitie ex diametro repugnat, communem corrumpit naturam. In Hebr. *עו* non tam *impium* quàm *iniquum* significat, ut sit quadam jocunda illiisio : inter æquum et iniquum nihil est commune, sicut neque inter improbum et rectum, juxta illud : *Quæ enim participatio justitie cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras?* 2 Cor. 6.

CHAPITRE XXX.

1. Paroles de celui qui assemble, du fils de celui qui répand les vérités.
2. Vision prophétique d'un homme qui à Dieu avec lui, et qui étant fortifié par la présence du Dieu qui réside en lui, a dit :
3. Je suis le plus insensé de tous les hommes, et la sagesse des hommes ne se trouve point en moi.
4. Je n'ai point appris la sagesse, et je n'ai point connu la science des saints.
5. Qui est monté au ciel, et qui en est descendu? Qui a retenu l'esprit dans ses mains? Qui a lié les eaux comme dans un vêtement! Qui a affermi toute l'étendue de la terre? Quel est son nom, et quel est le nom de son fils, si vous le savez?
6. Toute parole de Dieu est purifiée comme par le feu. Il est un bouclier pour ceux qui espèrent en lui.
7. N'ajoutez rien à ses paroles, de peur que vous n'en soyez repris, et trouvé menteur.
8. Seigneur, je vous ai demandé deux choses; ne me les refusez pas avant que je meure.
9. Eloignez de moi la vanité et les paroles de mensonge; ne me donnez ni la pauvreté, ni les richesses, donnez-moi seulement ce qui me sera nécessaire pour vivre.
10. De peur qu'étant rassasié, je ne sois tenté de vous renoncer, et de dire : *Qui est le Seigneur? ou qui étant contraint par la pauvreté, je ne déroberai; et que je ne viole par un parjure le nom de mon Dieu.*
11. N'accusez pas un serviteur devant son maître, de peur qu'il ne vous maudisse, et que vous ne tombiez.
12. Il y a une race qui maudit son père, et qui ne bénit point sa mère.
13. Il y a une race qui se croit pure, et qui néanmoins n'a point été lavée de ses taches.
14. Il y a une race dont les yeux sont altiers, et les paupières élevées.

14. Generatio quæ pro dentibus gladios habet, et committit molaribus suis, ut comedat inopes de terra, et pauperes ex hominibus.

15. Sanguisugæ duæ sunt filie dicentes : Affert affert.

Tria sunt insaturabilia, et quartum quod nunquam dicit : Sufficit.

16. Infernus, et os vulvæ, et terra, quæ non saturatur aqua; ignis verò nunquam dicit : Sufficit.

17. Oculum qui subsannat patrem, et qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corvi de torrentibus, et comedant eum filii aquite.

18. Tria sunt difficilia mihi, et quartum penitus ignoro :

19. Viam aquite in cælo, viam colubri super petram, viam navis in medio mari, et viam viri in adolescentiâ.

20. Talis est et via mulieris adulteræ, quæ comedit, et tergens os suum dicit : Non sum operata malum.

21. Per tria movetur terra, et quartum non potest sustinere :

22. Per servum, cum regnaverit; per stultum, cum saturatus fuerit cibo;

23. Per odiosam mulierem, cum in matrimonio fuerit assumpta; et per ancillam, cum fuerit hæres domine suæ.

24. Quatuor sunt minima terræ, et ipsa sunt sapientiora sapientibus :

25. Formica populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi;

26. Lepusculi, plebs invalida, qui collocat in petra cubile suum;

27. Regem locusta non habet, et egreditur universa per turmas suas;

28. Stellio manibus nititur, et moratur in adibus regis.

29. Tria sunt, quæ henè gradiuntur, et quartum quod incedit felicitate :

30. Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pavebit occursum;

31. Gallus succinctus lumbos; et aries; nec est rex, qui resistat ei.

32. Et qui stultus apparuit postquam elevatus est in sublime; si enim intellexisset, ori suo imposuisset manum.

33. Qui autem fortiter premit ubera ad eliciendam lac, exprimit butyrum; et qui vehementer emungit, elicit sanguinem; et qui provocat iras, producit discordias.

VERS. 1, 2, 5. — VERBA CONGREGANTIS FILII VOMENTIS (1). VISIO QUAM LOCUTUS EST VIR, CUM QUO EST DEUS, ET QUI DEO SECUM MORANTE CONFORTATUS.

(1) Verba Agur filii Jace : Hebr. nomina propria, quorum loco hic et in seq. Vulgata interpretationes nominum ponit. Visio : unus : Hebr., ut in prophetis. Unus quod locutus est vir ad Ethel et Ucal, Hebr., discipulos suos, ut videtur. (Bossuet.)

11. Il y a une race qui au lieu de dents a des épées, se sert de ses dents pour déchirer et pour dévorer ceux qui n'ont rien sur la terre, et qui sont pauvres parmi les hommes.

15. La sangsue a deux filles qui disent : Apporte, apporte.

Il y a trois choses insatiables, et une quatrième qui ne dit jamais : C'est assez.

16. L'enfer, la matrice stérile, la terre qui ne se rassasie point d'eau, et le feu qui ne dit jamais : C'est assez.

17. Que l'œil qui insulte à son père, et qui méprise l'enfantement de sa mère, soit arraché par les coqueux des torrents, et qu'il soit dévoré par les enfants de l'aigle.

18. Trois choses me sont difficiles à comprendre, et la quatrième m'est entièrement inconnue :

19. La trace de l'aigle dans l'air; la trace du serpent sur la terre; la trace d'un navire au milieu de la mer; et la voie de l'homme dans sa jeunesse.

20. Telle est aussi la voie de la femme adultère, qui, après avoir mangé, s'essuie la bouche, et dit : Je n'ai point fait de mal.

21. La terre est troublée par trois choses; et elle ne peut supporter la quatrième :

22. Par un esclave, lorsqu'il règne; par un insensé, lorsqu'il est rassasié de pain;

23. Par une femme digne de haine, lorsqu'un homme l'a épousée; et par une servante, lorsqu'elle est devenue l'héritière de sa maîtresse.

24. Il y a quatre choses sur la terre, qui sont très-petites, et qui sont plus sages que les sages :

25. Les fourmis, ce petit peuple qui fait sa provision pendant la moisson;

26. Les lapins, cette troupe faible qui établit sa demeure dans les roches;

27. Les santerelles, qui n'ont point de roi, et qui néanmoins marchent toutes par bandes;

28. Le lézard, qui se soutient sur ses mains, et il demeure dans le palais du roi.

29. Il y a trois choses qui marchent bien; et une quatrième qui marche magnifiquement :

30. Le lion, le plus fort des animaux, qui ne craint rien de tout ce qu'il rencontre;

31. Le coq, dont la démarche est hardie; et le bœuf; et un roi à qui rien ne résiste.

32. Tel a paru un insensé, après qu'il a été élevé en un rang sublime; car, s'il avait eu de l'intelligence, il aurait mis sa main sur sa bouche.

33. Celui qui presse fort la mamelle, pour en tirer le lait, en fait sortir un suc épais; celui qui se mouche trop fort, tire le sang; celui qui excite la colère, produit les querelles.

COMMENTARIUM.

AIT : STELTISSIMUS SUM VIRORUM, ET SAPIENTIA ROMANORUM EST MECUM. NON DIDICI SAPIENTIAM, ET NON NOVI SCIENTIAM SANCTORUM. Hebr. : Verba Agur filii Jace prophetæ : verbum viri ad Ethel et Ucal. Cum stultior sim quavis, et non sit intelligentia hominis mihi, neque didici sapientiam, neque scientiam sanctorum novi. Verba Agur. Quarta pars hujus libri hinc habet ini-

tium : nam prima sectio ad 10 caput extenditur, secunda ad 25, juxta ea que superius observavimus. Eorum que sequuntur hoc in loco veluti inscriptio et titulus, præmittuntur quedam, auctoris nomen et illius cui facta sunt verba complectentia. Nomina propria Hebræorum fore sunt significativa, quod in defensionem nostri interpretis dici potest. Nam nomen Agur originem habet à verbo נֶאֱגַר, quod congregare significat, et אָגַר aliquam similitudinem habet cum verbo נָאָר, quod est tonitruus : porro נֶאֱגַר נֶאֱגַר in voce et in litteris afinitatem cum dictione composita נֶאֱגַר נֶאֱגַר, non necum Deus. Quamvis, inquam, ad hunc modum interpretem nostrum fieri liceret, tamen si quis admittat contextum Hebræum, quem hodie habemus, multò rectius se habet versio secunda, quam interpretando sequemur, quod hactenus accuratè fecimus; Hebræam veritatem semper ob oculos habentes, eorum commentariis potissimum adjuti, hos nostros qualescumque conscripsimus. Verba Agur. Aben Ezra putat sapientem fuisse hoc nomine, cujus verba ad discipulos suos, nempe Ethel et Ucal, habita. Salomon suo adjunxit Orpheylo. Alii, quos nostros secutos esse video, sentiunt Salomonem sic vocatum, nempe Agur, hoc est, collectio, quod in eo homine multiplex esset coarervata sapientia. Mihi magis ardet prima opinio, propter ea que sequuntur : nam ut Agur dici possit Salomon, hoc est, congregatio, filius Jache, sive Vomentis, qui dici possit non video; nam cum nomen viri et nomen patris illius ponatur, Scripturam nobis hominem aliquem insinuare voluisse credendum est, ut omittam vehementer duram esse metaphoram, vocare Salomonem filium Vomentis. Sunt tamen ex Hebr., quos secutus est Interpres, qui de Salomone interpretantur locum; q. d. : Verba Salomonis qui congregavit sapientiam noquam, et exomittit, inquit Levi Ben Gerson, cogitationes malas. Nos cum Hebræis locum interpretamur de prophetâ Agur filio Jache, cujus hæc sunt verba ad Ethel et Ucal, et sunt illius viri propheta, qui quod insignis esset, נֶאֱגַר, hoc est, vir, à fortitudine dictus est, vel quod illius sapientia confirmata convalevit, et tantò magis, quantum de se humiliter sentiens locutus est, juxta id quod sequitur : Stultior ego sum quam quisquam. Rogatus Agur à duobus seu sapientibus, seu discipulis illius, ut diceret aliquid, et doceret, respondit cum Socrate : Hoc unum scio, quod nihil scio : Sum stultior ceteris hominibus, et non est mihi intelligentia hominis, hoc est, sapientia quâ alii præditi sunt homines : mihi non est scientia in his rebus sublimibus, de quibus questio proponitur. Non didici sapientiam, supple humanam, vel terrenam, sed scientiam sanctorum, supple angeiorum, novi, ut affirmativè legatur, juxta versionem interpretis nostri. Vel ex priore particula in secundam quoque transferenda est negatio, cujusmodi modus loquendi frequens est in Scripturis, quod Lyranus negans, declarat se non fuisse versutum in Scripturis legendis in Hebræa lingua; id quod loco magis opportunò notavimus. Repletur, inquam, negatio, et erit sensus : Non didici sapientiam, neque scientiam sancto-

rum novi, supple ex improbo; vel simpliciter non novi scientiam de his que sequuntur.

VERS. 4. — QUIS ASCENDIT IN CÆLUM ET DESCENDIT? QUIS CONTINUIT SPIRITUM IN MANIBUS SUIS? QUIS COLLEGAVIT AQVAS QUASI IN VESTIMENTIS? QUIS SUSCITAVIT OMNES TERMINOS TERRE? QUOD NOMEN EIUS, ET QUOD NOMEN FILII EIUS, SI NOSTRI (1)? Hinc spectant istæ questiones, ut ostendat hic Agur, sive Salomon, qui sapientiam coarervavit, quantis tenebris ignorantie versetur genus humanum, ut ostendat non sine causâ dixisse se carere sapientiâ et scientiâ sanctorum, hoc est, scientiâ quam habent sancti angeli, qui semper videt faciem Patris, Matth. 18. Magna est ignorantia, non solum rerum cælestium, sed etiam terrenarum, et infirmarum, quod his verbis insinuat : Quis ascendit aliquando in cælum, ut quid illic agatur intelligeret, et deinde descendit, ut doceret mortales? Non cupivissim illud esse sentium Hebræi, neque nullius, sed rari cujusdam, ut puta Moysi, si illis velimus auscultare qui in montem Sinai, ad præsentiam Dei, venit in cælum, ascendit, et rursum ad populum reversus portans tabulas legis, velut ad terram descendit. Nos à Paulo edocti, de præstantiori intelligimus : Amplioris enim gloriæ iste pro Moyse dignus est habitus, quanto ampliore honorem habet dono qui fabricavit illum; et Moyses quidem fidelis erat in totâ domo ejus, tanquam famulus, in testimonium eorum que dicenda erant : Christus verò tanquam filius in domo suâ, quæ domus sumus nos, Hebr. 5. Ipse est qui ascendit, et descendit primum in inferas partes terræ, Ephes. 4. Nam nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis qui est in cælo, Joan. 3; q. d. : Iste Agur, sive Salomon, interrogatus à suis, ut aliquid de suâ proferret sapientiâ, ignorantiam propriam professus, ad hunc nos mittit qui ascendit in cælum, et descendit ad terram : hunc æquum est confiteri tanquam potentissimum et sapientissimum, vel potius solum inter homines potentem et sapientem, ut puta qui mundum et elementa condidit et gubernat. Congregavit ven-

(1) Quis ascendit in cælum? Quis cælum terrarumque suâ potentia pervasit? Quis suscitavit (statuit Hebr.) omnes terminos terræ? Et quod nomen Filii ejus? ejus scilicet Filii, de quo supra, 8, 22, dicitur : Dominus possedit (sive genuit) me; per quam omnia facta esse indicat eodem loco, quem tamen in ne quidem de nomine nostri; ac neque nomen Dei quatenus Pater est, aut quo vera ejus natura explicetur. Septuag., et ex illis Ambrosius, pro filii ejus habent et filius ejus; edit. Rom. cap. 21. Contra Chald., Syr., Aq., Symm., Theodot., singulari numero, filio ejus; nonnulli quoque Græci Septuaginta codices, esse non etiam; atque omnino Vulgata lectio retineanda, quam etiam Augustinus prædicit, Ep. 49, quest. 3; edit. Bened. Ep. 102, n. 29, l. 2, p. 285 et seqq.). Causam autem cur ille Septuaginta mutaverit, cum esse appareat, quod Verbi navitate nondum aperte predicatâ, infirmorum ac maxime gentium offensionem metuerent. Certè Hieronymus, in illa verba Isa. 9, 6 : Admirabilis, consultatorius, Deus, fortis, docet hæc nominum majestatem perterritos Septuaginta non esse ausos de puero dicere quod apertè Deus appellandus sit et creata; sed pro his sex nominibus posuisse quod in Hebræo non habetur. Nec desunt alii loci, in quibus pari economiâ usus putaverim, (Bossuet.)

tum, rerum omnium maximè instabilem, et cuius impetum et cursum nullus principum quantumvis potens, nullus sapientium quamlibet ingeniosus, collibere potest, nullis machinis aut obstaculis. Est tamen aliquis qui pugillis suis et palmis collegit spiritum, et subtilissima queque elementa, et quod non est minus stupendum, colligavit aquas in nubibus, quæ extenduntur super capita nostra velut vestimentum, juxta illud: *Abyssus sicut vestimentum amictus ejus*, Psal. 105, ut de aquis in nubibus collectis fiat sermo, quæ illic videntur ligatæ. Quis ligavit aquas? posteaquam dixerat Deus: *Congregentur aquæ quæ sub celo sunt in locum unum, et appareat arida*, illic consistunt ac si essent colligatæ, neque littora transilire audent, ut scriptum est: *Terminum posuisti quem non transgredietur, neque convertentur operire terram*, ibid. Et juxta hunc sensum benè sequitur: *Quis suscitavit, vel, ut est in Hebræo, quis statuit terminos terræ, sive limites? quasi opus vehementer stupendum terram suos terminos et limites tueri contra tantas maris inundationes, quæ in sublime nonnunquam erecta, subjectam terram operiri videntur. Est igitur magna et stupenda potentia, sapientia planè infinita illius qui sic stabilivit terminos terræ, ut immobiles consistenter: Quod nomen ejus, et quod nomen filii ejus, si nōstis? q. d.: Est aliquis qui hæc fecit, à quo sapientiam petere poteris, si cognoveris nomen ejus; q. d.: Nomen Dei non fuit omnibus indicatum, nec notum. Ego Dominus qui apparui Abraham, Isaac et Jacob, in Deo omnipotente, et nomen meum Adonai non indicavi eis, Exod. 6. Multa nomina deorum, et multa nomina fixerunt sibi olim infideles. Illud verò unum nomen quod est super omne nomen non cognoverunt. Per nomen, potentiam majestatemque intelligimus, et non solum Patris, sed Filii quoque nomen scire et colere oportet: Qui non honorificat Filium non honorificat Patrem, Joan. 5. Locus est manifestissimus contra Judæos occæcos, qui Filium Dei negant, de quo vaticinatus est hoc in loco Sapiens: nam ut rectè ratiocinatur Nicolaus de Lyra, si, ut aliquot ex Hebræis exponunt hunc locum, de Moysè intelligeretur, non tam prophetia quam narratio sive historia esset. Vocat autem Scriptura prophetiam, quæstimulis quibusdam nos adducens in admirationem Patris et Filii, in quo sunt omnes thesauri scientiæ et sapientiæ Dei absconditi; q. d.: Qui hæc opera fecit quæ recensimus, verè sapiens est, à quo tanquam à fonte omnis sapientia profluit; suam ignorantiam agnoscat homo, quod Agur facit. Sunt ex Hebræis qui sic intelligunt locum, quasi Agur interrogatus de creatione mundi, responderet questiones tales superare sapientiam humanam, sive de cælis, sive de elementis fiat sermo; et quasi responderet ex adverso aliquis, asserens aliquando fuisse sapientes qui potenter rationem reddere in hujusmodi difficultatibus; rogat vicissim Agur quod nomen illius, vel si mortuus est, quod nomen illi; q. d.: Superestne aliquis illius familie? Non est absurdum si prophetiam de Christo æterni Patris Filio hujusmodi narratione obumbrari fateamur.*

VERS. 5, 6. — OMNIS SERMO DEI IGNITUS, CLIPRES EST SPERANTIBUS IN SE. NE ADDAS QUICQUAM VERBIS ILLIUS ET ARGUARIS, INVENIARISQUE MENDAX. Superius ostensum est sapientiam Patris et Filii, sempiternam quoque ejus virtutem et divinitatem ex operibus creationis sive à creaturâ mundi illucescere et ostendi hominibus. Cæterùm his duobus versiculis laudem Scripturarum divinitus inspiratarum complectitur Salomon, quibus ad amorem illius sapientiæ accendatur, contententes mundanam, sive sapientiam, sive felicitatem: contra quam consolatione Scripturarum satis tuti erimus. Omnis sermo Dei consentit cum Davide: *Eloquia Domini casta, argentum igne examinatum*, Psal. 11; q. d., secundum Hebræos: Vos me interrogatis questiones sublimes et difficiles de creatione mundi, de rebus celestibus et elementis mundi, in quibus curiosius versari ad sapientem non spectat; sed quæ in Scripturis continentur sunt tenenda, nam in illis certum est non esse errorem. In his quæ traduntur à philosophis sapientibus hujus mundi non consistit salus hominis, sed in his quæ in verbis Dei sunt revelata hominibus. Sunt enim, non aliqua pars, sed omnia verba et eloquia Dei purgata, velut argenti purum ab omni scoria, sic verba Dei ab omni mendacio et errore. *Scutum est sperantibus in eo, ad Deum refertur in Hebræo, non ad eloquium; q. d.: Si quis per eloquia Dei veniat in notitiam Dei, quod facilius fiat quam per creaturam mundi, et in Deum cognitum totam spem collocaverit, hic à Deo tenebitur ab erroribus in quos incidere solent philosophi, qui per creaturam mundi in Dei cognitionem perveniunt. Et proinde Dei eloquiis enim impendamus honorem, ut quemadmodum purgata sunt, ita à nobis non contaminentur, non adulterentur, quod olim fecerunt Judæi. Argentum tuum versum est in scorium, vinum tuum mixtum est aquâ, Isai. 1. Et quod hodie faciunt hæretici, sua glossemata Scripturis addentes, puritatem illarum inficere conati sunt, non quod sancti doctores fecerunt hæcens, videlicet, cum modesti et humilitate in obscuris locis et difficillimis sanum cruentis sensum, qui legi in cordibus fidelium scriptæ non esset contrarius, sed consentiens. Verum ad institutam expositionem revertamur.*

VERS. 7, 8, 9. — DEO ROGAVI TE, NE DENERGES MIHI ANTEQUAM MORIAR: VANITATEM ET VERBA MENDACII LONGÈ FAC À ME. MENDACITATEM ET DIVITIIS NE DEDERIS MIHI; TRIBUE TANTUM VICTU MEI NECESSARIA, NE FORTE SATIATUS ILLIACIAR AD NEGANDUM, ET DICAM: QUIS EST DOMINUS? AUT EGESTATE COMPELsus, FUMER ET PERIUREM NOMEN DEI MEI. Magnam sapientiam ostendit hic, sive Agur, sive Salomon. Superius à questionibus docuit abstinendum sublimioribus de operibus Dei, quæ ne à sapientissimis quidem satis explicari possunt, juxta illud: *Quam magnificata sunt opera tua, Domine? nimis profunde facta sunt cogitationes tue*, Psal. 91, sed studio Scripturarum potius vacandum, in quibus nullus est error, sed pura et simplex veritas, et ex quibus vitam rectè instituere, cognoscere poterimus, tam in his quæ ad

corpus, quam in illis quæ ad animæ curam spectant: quæ sunt à Deo petenda, id quod divina testantur eloquia; petenda, inquam, in hac vitâ; nam venit nos quando nemo potest petere, neque operari, Joan. 6, et instanter petenda, quod insinuat Scriptura dicendo: *Ne denerges mihi antequam moriar*, hoc est, in præsentî vitâ. Vanitatem et verba mendacii longè fac à me. Hebræi nudè intelligunt: quidam ex eis per vanitatem et mendacium, duplicem falsitatem, alteram in sermone quotidiano, alteram in perhibendo falso testimonio; alii וְרַב et רַב ad vanitates vite et errores intellectus referunt; q. d.: Longè fac à me, ne in vanitatibus injus vite me oblectem, sed in rebus seriis et honestis vitam transigam: porrò fac proci à me mendacium, ne in errores et malas incidam opiniones. Et quadrabit cum eo quod scriptum est: *Fili hominum, usquequò gravi corde? ut quid diligitis vanitatem et queritis mendacium?* Psal. 4. Alii vanitatem et mendacium ad errores et deceptiones referunt; quasi peteret Sapiens ut neque ipse erret, neque alios in errores et deceptiones mittat, ne sit ex numero eorum de quibus Paulus: *Mali autem homines et seductores proficient in populo, errantes et in errorem mittentes*, 2 Tim. 3. Mihi placet ut vanitas et mendacium ad integritatem fidei referantur, et vanitas contra idololatriam addatur, juxta illud: *Beatus vir cuius est nomen Domini spes ejus, et non respexit in vanitates et insanias falsas*, Psal. 59; mendacium verò contra falsa dogmata. *Paupertatem et divitias ne dederis mihi*. Sequitur in Hebræo: *Ciba me pona debito, sive ordinato*, hoc est, necessario et sufficienti. Post petitionem de integrâ religione et fide incorruptâ, sequitur petitio que ad mores et integritatem vite spectat, quæ ferè pendet ex affectu et animo, quem erga res terrenas et opes habemus; nam *radix omnium malorum est cupiditas habendi*, 1 Tim. 6. Si quis cum Petro dicere possit: *Eccc nos reliquimus omnia et secuti sumus te*, aliarum cupiditatum facilè domabit affectum. In contemptu divitiarum, qui difficillimus est, dicente Christo: *Facilius est camelum intrare per foramen acis, quam divitem intrare in regnum Dei*, Matth. 19, ventris concupiscentiâ, et ea quæ sub ventre est, facilius vincitur. In summâ, vitæ integritas in contemptu opum maximè consistit. Petit igitur Sapiens quod Paulus monet: *Nihil intulimus in hunc mundum, haud habemus, quia nec auferre quid possimus; habentes autem alimenta ex quibus tegamur, his contenti simus: nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem et in laqueum diaboli, et desideria multa inutilia et nociva, quæ mergunt homines in interitum et perditionem*, 1 Tim. 6. *Ne fortè sater et negem*, ut est in Hebræo, hoc est, ne fortè uti salutus fuero negem, et dicam: *Quis est Dominus? et ne fortè parper sim, et furer, sicutaque nomen Dei* (supple in vanum). Qui negat hæc esse Salomonis verba, sed alterius, nempe Agur, ex his verbis suam tueri possunt sententiam, cum Salomon filius regis, rex ditissimus fuerit, nec paupertatem timuisse, nec magnas et ingentes divitias deprecasse putandus est; nisi fortassis dicamus Salomonem pro se non petisse, sed alios modum postu-

landi docuisse, præsertim eos qui sub lege erant. Nam his qui sub Evangelio militant, et omnibus venditis ac distributis ad perfectionem, quam Christus docuit, aspirant; monachis, inquam, religiosis, qui paupertatem vovent, videtur non quadrare ut petant, divitias et paupertatem ne dederis mihi; qui paupertatem profitentur, qui possint deprecari paupertatem? *Ne fortè salutus negem*. Quamvis videatur referendum ad hoc quod proximè processit, nempe *divitias ne dederis mihi*, et eadem ratione ne fortè furer referri videatur ad illud: *Paupertatem ne dederis mihi*; nam ut divites minis ferè sunt religiosi, et Deum sæpenumerò negligunt, ita pauperes ubi per egestatem furati sunt, pejerant nomen Dei, potius quam juxta legem Moisaicam vendantur cum solvendo non fuerint: quamvis, inquam, his duabus clausulis, videatur Sapiens reddere rationem petitionis suæ, tamen plenior erit sensus, si intelligamus hunc versiculum, *ne fortè, ad utramque petitionem referri, ad hunc modum: Longè fac à me vanitatem, et ne dederis mihi divitias, ne fortè salutus negem et dicam: Quis est Dominus? ut de Pharaone legitur. Longè fac à me verbum mendacii, et ne dederis mihi paupertatem, ne fortè ad inopiam redactus fuer, et sumam nomen Dei in vanum. Et nisi ad hunc modum referantur singula singulis, videbitur absurdum, ut dicat quis, divitias solum adigere aliquem ad oblivionem, vel negationem et contemptum Dei. Non enim divitiæ quæ Abraham possedit, et quæ Dominus Salomonis dedit, ultra reliqua bona quæ postulabat, ad Deum negandum pios homines induxerunt; sed si ad vanitatem, hoc est, ad impiam, vel neglectam religionem, accedant divitiæ, cum saturitate et otio, quæ in impiis hominibus sunt ferè comites divitiarum, nonnunquam evenit quod sequitur: *Et negem, et dicam: Quis est dominus? Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere*, hoc est, idololatriam committere, Exod. 32. Sed populus qui prius dixerat: *Fac nobis deos qui nos præcedant: huic Moysi necimus quid accidit, neque in Deum illius volumus amplius credere*. Pari ratione non paupertas ad furtum et perjurium quemquam adigit, si ab eo longè fuerit verbum mendacii; verum qui mentiri gaudet, et opinionibus hominum fallere, paupertate invalescente suffurari aliena, et perjurio sese tueri non morabitur. Sunt ex Hebræis qui in divitiis et paupertate, sapientiæ excessum et defectum intelligunt, non quod veræ sapientiæ ullus possit esse excessus, sed sunt qui supercilium sapientiæ sibi arrogant, qui volunt plus sapere quam oportet sapere, Rom. 12. Hic, quia ex Deo sapientiam non petunt, neque habent, suâ opinione saturati negant, et dicunt: *Quis est Deus? ut qui à verâ sapientiâ Dei audire noluerunt: Ego et pater meum sumus*. Sed his sensus ut allegoricus esse possit, ita coarctat est quam ut historicus et literalis sit.*

VERS. 10. — NE ACCUSES SERVUM AD DOMINUM SUUM, NE FORTE MALEDICAT TIBI ET CORRUAS, VEL, DELINQUAS. Non accusabis, inquit Nicolaus de Lyra, sine gravi causâ. Sed cum lex jubet aberrantem bovem vel ovem reducendos, Deut. 22, quantò magis servum

fratri deberes reducere? Quis enim hoc sibi fieri noit? Vita servorum quis noit cognoscere suorum? Ad utriusque commodum spectat, si quid delinquit servus, ut domine intelligat. Et proinde non de quocumque servo intelligit Hebr., sed duntaxat de servis gentium, qui ad filios Israel confugerunt, quod proselyti fierent, ut scriptum est: *Non trades servum domino suo qui ad te confugerit: habitabit tecum in loco qui ei placuerit, et in u. a. urbium tuarum quiescet: non contristes eam, Deut. 23.* In Hebr. שֶׁבִיחַ, verbum à lingua deductum, *detrahere, accusare, vel denique durius aliquid loqui* significat. *Ne maledicat tibi et delinquas.* Reddit duas causas, quibus deterreat ab hoc crimine, nempe ne maledicat, malè precetur; q. d.: non minus timenda est maledictio pauperis et impotentis, quam vires et opes divitum; habent enim Deum ultorem impotentis, viduae et orphani, et alii qui humanà desuntur ope, presentem si ad Deum confugiant, quemadmodum hic servus de quo fit sermo, ut qui relicta superstitione vanà et idolatriâ, ad cultum maius et viri Numinis configit, hos afflictos Deus exaudit: huiusmodi non poteris nocere sine tuo malo, neque, quod gravius est, sine peccato in Deum.

VERS. 11-15. — GENERATIO QUAE PATRI SUO MALEDICIT, ET QUAE MATRI SUAE NON BENEDEGIT. GENERATIO QUAE SIBI MUNDÀ VIDETUR, ET TAMEN NON EST LOTA A SORDIBUS SUI. GENERATIO QUAE EXCELSI SUNT OCULI, ET PALPEBRAE EIUS IN ALTA SUBREXERUNT. GENERATIO QUAE PRO DENIBUS GLADIIS HABET, ET COMENDAT MOLIBUS SUI ET COMEDAT INOPES DE TERRA, ET PALPERES EX HOMINIBUS. SANGUISQUE SUNT DUE FILIAE DICENTES: AFFER, AFFER. TRIA SUNT INSATURABILA, ET QUARTUM NUMQUAM DICI SUFFICIT. Hebr.: *Quatuor non dixerunt: Sufficit.* Quatuor generationes male quatuor peiores procreant filios. 77. *matrem* magis significat Hebraicum quam *generationem*, ne quis familiam aut gentem aliquam unam querat. Sic enim Bala hunc locum explicavit, ut *varias diversas significatas intelligamus, potius quam progenies diversas, aut milites.* Utrumque huiusmodi detestatur crimina, quibus in singulis mundi statibus maxime infestantur homines, et quae Dei sermonibus, qui purgati sunt velut argentum, maxime adversantur. Quatuor *generationes*, inquam, designantur, quae divine sapientiae maxime repugnant et quas videt Sapiens Ecclesiae Christi hostes futuros accerrimos. Et imprimis legi divinae adversatur qui *patri maledicit et matri*, qui ante omnes homines et proximo post Deum loco honorari debent. Nam statim post precepta prima tabulae, quae ad Dei honorem attinent, subjicitur: *Honora patrem tuum et matrem, ut sis longivus super terram, Exod. 20.* Primum preceptum in promissione, ut inquit Paulus, Eph. 6, promissionem longe vite huic precepto adjuvit. Tanti igitur peiores sunt, qui nec praecio temporali et presenti, nec futuro, ad precepti observationem non solum non provocantur, sed patrem irriterent et matrem, omnem legem naturalem et divinam, imò Deum in pa-

rentibus contemunt. Nam qui preceptum terrenum et mortalem honorandum patrem, quanto magis coelestem et aeternum oportet honorare? Haec, secundum Bedam, generatio est infidelium, qui Deum omnium patrem per multa secula contempserunt, quae fidelium congregationi illum tribuerunt honorem. *Generatio secunda* est eorum qui *mundi sibi videntur*, ejusmodi verè, ut olim fuerunt, ita sunt et hodie Judaeorum turbae justificantes semetipsos, juxta illud: *Vos estis qui justificatis vos coram hominibus, Luc. 16.* Deus autem novit corda, quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum. *Et à sordibus suis non est lota.* Hebraei exponunt: Qui nequeant lavare sordes corporis, quanto minus possint gloriari se esse mundos in corde? Nos juxta priorem intelligentiam de Judaeis intelligimus, qui recusantes Christi baptismum, quo solo lavantur et corporis et animae sordes, frustra de exteriori gloriantur munditia, *solummodo in cibis et potibus et variis baptismatibus et justitiis carnis,* Hebr. 9. *Generatio ejus excelsi sunt oculi.* In oculorum elevatione *superbiam et arrogantiam* intelligunt omnes, quam potissimum haereticis merito ascribit Beda, qui contra catholicam nunquam pugnavent Ecclesiam, si de se sentirent humiliter. Quam intolerabilis est arrogantia ab Ecclesia dissentire, sponsam Christi damnare, quam à Christo instructam, et spiritum Dei constat illuminatam esse! *Generatio quae pro denibus gladios habet.* Quartus Ecclesiae et coelestis sapientiae hostis describitur, sub metaphora *rapienti et devorandi*, ejus dentes acuti ut ensis principum, et eorum qui in potestate constituti sunt. Designatur inexplorabilis avaritia, sive ecclesiasticorum antistitum, sive mundanorum principum, de quorum edacitate et insatiabili habendi cupiditate, tanquam gregis ruina, conqueritur Ezechiel 21: *Vae pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos; nonne greges à pastoribus pascentur? Læ comedebatis et latis operiebamini, et quod crassum erat occidebatis.* Hic spectant Sapiens verba de dentibus et gladiis, de devorando paupere à terra, et inope ab hominibus. Haec duae posteriores generationes, nempe haereticorum et crudelium pastorum, qui quoties non pascent occidunt, et superbiorum ac eorum qui se extollunt adversus scientiam Dei, 2 Cor. 10: *hae duae, inquam, posterioribus Ecclesiae temporibus vehementer fuerunt infestae, Judaei verò et gentiles nascenti insidiantur Ecclesiae, et veram sapientiam per Evangelium publicandam conati sunt extinguere.* Ex his generationibus tanquam ex siphilibus, filiae quatuor exorta, mundum stultitiâ repleverunt, aut improbatè potius, ut jam tandem crescente iniquitate, refrigerescat caritas; sed ejusmodi sint haec filiae à sapientia immunes, ob impiam stultitiam insatiabiles audiamus. *Sanguisquae duae filiae,* hoc est: Ex prioribus generationibus nate sunt duae filiae, quae sunt velut sanguisugo, quae alio nomine vocantur hirudines ab harendo: unde estat carmen Horatii:

Non missura cutem nisi plena cruoris hirudo.

Tales sunt duae filiae, de quibus postea dicitur

sumus, illud repetentes *da, da.* Tertia non satisficitur; quarta non dicit: *Satis est.* Ad omnes quatuor refertur; nam in plurali loquitur: *quatuor non dicit: sufficit;* hoc est, nulla ex quatuor dicit: *Sufficit.* Quòd obscure et veluti per aenigma dictum, paulò apertius explicat.

VERS. 16. — INFERNUS, ET OS VULVAE, ET TERRA QUAE NON SATURATUR AQUA; IGNS VERO NUMQUAM DICIT: SUFFICIT. Hebr.: *Non est substantia (supple) sufficiens.* Dubium non est quin metaphoricè loquatur Sapiens, majus et sublimius aliquid insinans, quam elementorum et rerum naturalium conditiones. Quis enim ignorat infernum sive sepulcrum, ut exponunt Hebraei, non posse saturari? nam subinde consumuntur corpora, praesertim si antiquorum more et florum sepulcra intelligamus, immensas fossas singulis familiis deputatas, quae cum post multa secula novitiam sint implete, merito insatiabiles esse dicantur. *Os vulvae.* Hebr., *clausio uteri, sive angustia et orificium vulvae,* sterilem significat mulierem, quae proli magis est avida exteris; et tamen quia nunquam concipit semen, concipere nonquam desinit, et ea ratione insatiabilis clausio dicitur uterus. Porro terram subinde solis arboribus reddi stitulosam, et pluvias libenter imbibere quis ignorat? quis ignorat ignem omnia rapere et consumere, nullam esse silvam aut materiam usque adeo immensam, quam immisus ignis non statim consumat atque devoret, neque unquam virum sentiat lassitudinem, neque quòd ingentem devoraverit substantiam, minus erit idoneus ad aliam quamlibet magnam, eadem facilitate consumendam? Cùm huiusmodi sit, inquam, elementorum, et rerum naturalium, naturae desiderium et appetitus, res omnibus hominibus notissima, dubium esse non potest, quin Sapiens oculiorem aliquam sapientiam doceat. Et quamvis, diximus, ex malis generationibus malis filias natas possimus intelligere, hoc est, concupiscentias enormes et effraenes, quae nunquam expleantur, nunquam quiescent, sed quò plus concupiscentiae carnis, concupiscentiae oculorum vel vitae superbiae frenum laxaveris, eò plus concupisces, eò plus rebelles tibi senties carnem, mundum et communem humani generis hostem diabolum, quem per *infernum* intelligit Beda; nos malum duplici metaphora concupiscentiam carnis indicatam intelligere, nempe *inferno sive sepulcro, et obstructione sive orificio vulvae*, propter hoc quòd scriptum est: *Fovea profunda os alieni, Prov. 22.* Concupiscentia carnis verè sepulcrum est, quae complexu muliebri maxime viget et accenditur: non solum animo mortuus, sed etiam intellectu et sensu communi ferè stupidus reddit: ut omittam ideò sepulcro comparatam carnis libidinem, quòd ut ab illo nemo revertitur, ita neque ab his facile respiciunt homines, sed qui in sordibus est sordescit adhuc, juxta illud: *Inclinata est ad mortem domus ejus et ad inferos senectus ejus.* Omnes qui ingrediuntur ad eam, non revertentur, Prov. 2. Quòd sequitur: *Terra non satiatur aqua.* Ad concupiscentiam oculorum non absurdè refertur, ut in terra hominem intelligamus: *Terra, terra, audi ver-*

bum Domini; in aqua, mundanarum rerum fluxum et inconstantiam, quibus terreni homines saturari non possunt; in igne denique, qui devoratis et conculcatis omnibus sursum evolat, et reliqua elementa transcendit, superbiam vitae sicut intelligere, quae reliquos contentens, et veluti è sublimi despiciens, nunquam satis altè in honoribus et mundi pompis evolasse se putat. Quamvis, inquam, ad hunc modum metaphoricè possimus exponere hunc versiculum melius quam Hebraeorum rabbi, quorum aliqui quatuor elementorum conditionem describam esse volunt hoc in loco, alii mutuan eorumdem generationem et corruptionem, ut physici sentiunt; tamen optimè (mea quidem sententia) per has quatuor filias insatiabiles, supplicia prioribus generationibus destinata intelligimus, ut sub metaphoris sensum suum historicum habeat versiculos, ea ratione ut singula singulis respondeant, nempe primae generationi, quae patri maledicit, *infernus* sive *sepulcrum* manet, hoc est, brevis vita; nam qui negligit eos per quos vitam accipit, vitæ indignus merito habetur, et hunc sepulcrum expectat, omnium huiusmodi admodum capax. Generationi Judaeorum et Pharisaeorum, quae sibi munda videtur, minatur Sapiens *sterilitatem*; nam qui reanxi in Christo noiant, neque à sordibus purgari lavacro baptismatis, tantà fecunditate parere Deus non permittit: exiguus enim Judaeorum numerus in mundo restat, si vel cum reliquis gentibus, vel cum prioribus illorum generationibus comparetur. Tertio in loco, generationi quae in altum sublevat oculos *terram silentem et aquam desiderantem* minatur, hoc est, annuae claritatem. Sterilitate terrae et penuria rerum pniendi sunt, qui contra Deum superbiunt; ita enim flet, ut ad se reversi, hominam Dei agnoscant, humanam imbecillitatem fateantur, et humilitatem distant. Quartae denique generationi quae pauperes devorat à terra, non minus crudeliter quam si ensibus secantur, crudelissimum ignis paratur supplicium, ignis, inquam, de caelo descendens. Juxta illud quòd sub Eliâ propheta gestum legimus, 4 Reg. 1, et juxta illud Isai. 9: *In ira Domini exercituum turbata est terra, et erit populus quasi caeca ignis.*

VERS. 17. — OCULUM QUI SPERAVIT PATREM, ET QUI DESPICIT PARTUM MATRIS SUAE, SEPFOBIANT EUM CORNY DE TORRENTIBUS, ET COMEDANT EUM FILII AGULAE. Pro partu matris, Hebr. est *obediencia matris*, vel qui despiciat societatem matris; alii doctrinam reddunt. Subsannare patrem, et matrem floccitare, est eorum disciplinam et castigationem rejicere ac contemere. Ex quatuor generationibus omnium pessima fuit illa quae patri maledicit, cui non solum pro saphpho manet *infernus*, sive *sepulcrum*, vel potius utrumque, nempe brevis vita, et cruciatus in vita futura; sed etiam presentis temporis nonnunquam supplicium igni mitesum, ejusmodi solet esse perfidissimorum hominum, quorum corpora solo die suspensa sepulture non traduntur, sed avibus cubi disci devoranda pendunt. Subsannare patrem, et contemere praecceptum matris, extreme demeritè signum est, et crudelitatis

argumentum. His igitur non solum interpestiva mors eveniet, sed honore quoque sepulture, quem filii parentibus exhibere solent, carebunt, quod sequitur: *Suffodiant eum corvi torrentis, et comedant eum filii aquilæ.* Non quod juxta historiam hæc semper fiant, sed quod contemptus patris et matris non minus supplicium mereatur. Voluit ostendere Sapiens quam ingens sit crimen vel levissimè paternam pietatem lædere. Per oculum qui facillimè nutat et renuit, displicet et placat, ad iram provocat et misericordiam implorat, graviore offensus intelligitur. *Si vultu læditur paternam pietatem, inquam, quanto magis manifestè subsannatione, quæ et contemptum et derisionem indicat? Corvi facta est mentio et aquilæ, non solum quia hæc aves cadaveribus gaudent, et oculis animalium moribundorum insidiantur, sed quod in uno crudelitas, in alio pietas erga pullos observatur. Corvus quamvis satur, oculos tamen hujus effodiet, et quamvis neque ipse comedat neque pullis deferat, nihilominus in hunc crudelitatem suam exercebit. *Comedent eum filii aquilæ.* Aquila enim filiorum valde perhibetur amans. Si non sit à corvo comestus qui citius advolat, à filiis aquilarum comedetur; q. d.: Nullo modo supplicium evadet oculis ille patrem subsannans. Juvenibus saluberrimus datur doctrina, ut student omni honore parentes prosequi, ut vel levissimam parentum offensam non minus quam crudelissimam mortem exhorreant, scientes penas duros inobedientes filios, vel in hæc vitæ extremas et oculatorum effossioni conferendas, vel in futuro non à volucris cœli, sed à spiritibus malignis, illis multo magis rapacibus, in tenebris exterioribus, ubi erit fletus et stridor dentium, Luc. 13.*

VERS. 18, 19, 20. — TRIA SUNT DIFFICILIA MIHI ET QUARTUM PENITUS IGNORO. VIAM AQUILÆ IN COELO, VIAM COLEBRI SUPER PETRAM, VIAM NAVIS IN MEDIO MARI, ET VIAM VIRI IN ADOLESCENTIA (1). TALIS EST VIA MULIERIS ADULTERÆ, QUÆ COMEDIT ET TERGENS OS SUUM DICIT: NON SUM OPERATA MALUM. Tria hæc, hoc est, has tres vias, admodum fuisse mirabiles, sed tamen quartam narrationis ordinæ, peccatis esse incomprehensibilem, et quam Sapientia meâ non novi. Via 1^a, pro ratione et modo in Scripturis frequenter accipitur. Sequitur: *Sic est via mulieris adulteræ, hæc est, occultissima.* Sprenumerò est mos mulieris adulteræ viam suam omnino occultare, nullum illius vestigium remanere velle, non magis quam si quis comederit, et os diligenter exterserit, facile nemo internoscere potest fueritne jejunis an non. Sic, inquam, mulier adultera scelus suum cognoscere nullo modo permittit, omnibus sese modis excusare studet, et crimen occultare ut similitudo duntaxat ad ignorantiam rei spectet, et ad secretum. Quanquam et hunc versiculum juxta parab-

(1) In adolescentiâ, propter studiorum inconstantiam: ita Septuaginta. At Hebr. in adolescentiâ, sive in puellâ: quod scriptum est congregit. His autem designari videntur ambitio-orum hominum excelsa, tortuosa, lubrica, atque ubique, celo, terra, marique indeprensa consilia, nullo seclerum ac fraudis relicto vestigio, quod et sequens indicat. (Bossuet.)

licam sensum vel de Judæorum vel de hereticorum et ecclesiâ malignantium intelligi debet, quæ tametsi fornicata fuerit cum amatoribus multis, tamen non vult crimen fateri, nec ad penitentiam converti, sed exterius os tersum jactans et mundum, suis in oculis sibi placet, satis habens exteriori munditiam ostentare, cum intus omnia plena sunt immunditiâ et iniquitate. Synagoga ubi victimas comederit et libamina sacrificiorum, et legis lectionem ad prophetarium audiverit, veluti os suum mundaverit, quid fecit, inquit, nihil mali operata sum. Sed audiat quid illi impingat Jeremias cap. 2: *Populus meus mutavit gloriam suam in idolum: obstupescite cœli super hoc, et portæ ejus dissolvamini vehementer, dicit Dominus, ut jam hæc mulier adultera, quæ post tot adulteria dicit: Non sum polluta, absque peccato et innocens sum ego, inter reliqua naturæ miracula non immeritò connumerari possit. Sequitur:*

VERS. 21, 22, 25. — PER TRIA MOVETUR TERRA, ET QUARTUM NON POTEST SUSTINERE (Hebr.: *Propter tria contremuit terra, et propter quatuor non potuit sustinere*); PER SERVUM, CUM REGNAVERIT; PER STULTUM, CUM SATURATUS FUERIT CIBO; PER ODIOSAM MULIEREM, CUM IN MATRIMONIO FUERIT ASSUMPTA; ET PER ANCIILLAM, CUM FUERIT HERES DOMINE SUÆ. Cùm mundus hic inferior ex quatuor constet elementis, tribus videlicet manifestissime distinctis, terrâ, aquâ, et aere, quartum omnium oculos fugit, et magis ratione quam sensu in supremo loco collocatur. Ad hunc elementorum numerum seu ternarium, seu quaternarium, liberè alludit Sapiens, et philosophatur hoc in loco de rebus gravius sub parabolâ rerum seu naturalium, seu eorum que geruntur ab hominibus. In Hebræo non per tria, sed propter tria, et verbum 177 non solum tremere significat, sed etiam irâ vel pavore commoveri; quæ significatio huic loco melius quadrat; et terra ponitur pro populo terræ, quem Dominus his malis sepe numero castigat, nempe servilis hominis imperio; facit enim Dominus regnare hominem hypocritam propter peccata populi, Job. 34. Cùm regnaverit is qui servit vitis et cupiditatibus carnis et mundi, vehementer affligitur et commovetur terra illa et provincia: nam quæ libertas, quis honor, quæ victoria aut triumphus devictis hostibus erit in populo, super quem servus regnat, et à carne, mundo, diabolo tenetur captivus? Commovetur porro vehementer terra corporis nostri, cùm carnalis affectus et terrenus regnat in nobis, subjugata ratione, quæ tanquam imperatrix in consiliis capiendis, imperium deberet obtinere. Et juxta hunc tropum licet et reliqua tria interpretari. Non solum stultus saturatus pane, hoc est, hujus vitæ delictis, cui prospera aridet fortuna, et ad regni fastidium evectus fuerit, supple, per insolentiam plurima committit, turbam commovet, et ad iram pertinet non nunquam; sed etiam bruta et stolta hominis affectio, si absque freno vitæ voluptatibus indulget, terram concutit, et facit contremiscere solidissimam animæ portionem. Et per odiosam mulierem, cùm in matrimonio fuerit assumpta, intelligitur mulier quæ plurimos

haberit inimicos, nolentes eam ad talem pervenire honorem, neque in matrimonium à rege assumptum iri: hæc mulier tandem ducta in uxorem à rege (nam in omnibus his quatuor regnum vel summam auctoritatem intelligimus), hæc, inquam, ex odiosa regis charissima sponsa facta, aliquando crudele exercens odium, terram contremiscere faciet, et magnum in populo tumultum excitabit. Sic Hebræi aliquot. Mihi magis placet odiosam mulierem intelligere juxta illum locum legis: *Si habuerit homo uxores duas, unam dilectam, et alteram odiosam, Deut. 21. Cùm fuerit assumpta in matrimonium, וְרַבְרָבָא verti potest, cùm fuerit copulata viro, vel in honore conjugali prælata, aut dominata fuerit in familiâ, supple, in quâ prius fuerat contempta, à marito habita odio; insolens se solent hujusmodi mulierculæ, præsertim contra rivales, quæ priores partes haberant: res erit tante absurditatis, tante commotionis in familiâ ut terra commoveri videatur, omnium rerum stabilissima. Et per ancillam, cùm fuerit hæres domini suæ. Et supple, dominium habuerit in eam, juxta Aben Ezra, illius insolentiam terra non sustinet; q. d.: Nihil magis intolerabile quam ancillarum fastus et arrogantia, si dominabus honore præferantur et auctoritate. Ut mundus quatuor elementis ritè dispositis constat, et contrarietate qualitatum temperatis debiam dispositionem servat, sic temperatâ quadam et harmoniâ inter varios hominum status et conditiones dispensatio rerum humanarum constare debet. Sunt enim quibus subesse melius est quam dominari, idque in utroque sexu, in quibus sic inversus fuerit ordo, ut servus dominantis honorem obtineat, stultus sapientiam gradum fuerit adeptus, et copiam rerum habeat, quarum usum ignorat, nam rebus omnibus afflicte sapientibus convenit, non stultis. Porro si contempta mulier et neglecta subito ad magnum provehat honores in nobili collocaat conjugio, aut ancilla supra heram dignitate sublevetur, natura rerum videtur inversa, ac si terra tremet, cæteris elementis quiescentibus, cùm terræ maxime proprium sit quiescere, commotis et fluctuantibus aliis. Haud aliter, inquam, inter homines subijci debent servilis ingenii homines, et stulti fame nonnunquam sapere coguntur. In muliebri sexu quoque sunt plurimæ omni honore indignæ, quæ cùm, ut diximus, honestissimis et piis matronis se prælatas vident, non minor nascitur inter mortales rerum et morum confusio, quam si terra suo commota loco, quasi pondere gravata se sustinere non possit. Ad hunc modum metaphoricè, vel tropicè (ut superius insinuavimus), locum exponere licet. Quod si per servum regnantem, et stultum repletum panibus, populum Judaicum intelligimus, qui abjecto Domino, ut est in historia Samuelis, regi maluerit inservire, et qui usque ad eum stultus fuerit ut ad servitium Egyptiacam reverti maluerit, memor ollarum carniarum, quàm, per desertum ad terram promissionis ascendere; hoc populo servili regnante, et fideles Christi Apostolos in subjectionem retinere conante, contremuit terra, ut in Actis Apostolorum legitur: *Et cùm orâssent motus est locus in**

*quo erant congregati, Act. 4, ad designandam futuram rerum mutationem, neque amplius servilem et stultum populum debere obtinere imperium, juxta illud: Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Psal. 2. Eodem spectant allegorie de duabus mulieribus, quarum altera synagoga Judæorum exosam videlicet, ubi in matrimonium et ad sponsi amplexus assumpta est, ut in Jeremiâ legitur cap. 2: *Recordatus sum tui, miserans adolescentiam et charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto, repræsentare potest; altera verò, hereticorum sectam, quæ cùm Ecclesiæ catholice deposito errore ancillari debet, heram legitimam et Christi sponsam sibi subjectam fore petit, obedientiam ac honorem, quem Ecclesiæ veluti matri et domine debent omnes provincie Christianorum, sibi vindicare cupit, et hæreditario jure possidere.**

VERS. 24-28. — QUATEOR SUNT MINIMA TERRE, ET IPSA SUNT SAPIENTIORA SAPIENTIBUS: FORMICE, POPULUS INFIRMUS, QUI PRÆPARAT IN MESSE CIBUM SUUM; LEPTOSCULUS, PLES INVALIDA, QUI COLLOCAT IN STIPULÆ CIBILE SUTM; REGEM LOCUSTA NON HABET, ET EGREDITOR UNIVERSA PER TERMAS SUAS; STELLIO MANIBUS NITITUR, ET MORATUR IN AEDIBUS REGIS. Ex his quatuor speciebus animalium minimorum, hominibus exempla sapientibus sumenda proponit. *Sunt enim sapientiora sapientibus, hoc est: Ex seipsis videntur plus sapere quàm hi qui nomen sapientis profiteruntur; vel plus sapere nature instinctu quàm hi qui sapientiam didicerunt. Sapientiora sapientibus, hoc est, hominibus qui verè sapienter sunt capaces. Est quidem in his animalibus mira sapientia; vel potius diverse sapientie partes, ex quibus in unum collectis, vel totius reipublice, vel cujusque hominis consummata fiat sapientia. Cujus prima pars est horum quæ necessaria sunt ad vitam seu corporis seu animi, inprimis curam habere. Id quod nullum animal facit, neque temporarius, neque sagacior, quàm formica, in æstate videlicet recondens quæ comedit hyeme: quæ de re superius tractavimus, cap. 6, ubi ad hoc animalis genus, tanquam maximè sedulum et laboriosissimum, otiosos homines destinavit Salomon, hoc in loco adiciens: *Formica, populus non fortis; q. d.: In hæc parte prudentie, quæ ad vitam necessaria procurantur, nemo esse excusare potest, quasi corpore imbecilli et minus robusto; nemo enim formicæ minores habet vires, sed omnia vincit labor improbus, et in tempore susceptus; et ut ætas tempus est opportunum parandis his quæ vitæ sunt necessaria, sic præsens vita futuræ imaginem gerit, quod ad laborandum et recondensandum spectat, juxta illud: *Venit nosc quando nemo potest operari, Joan. 2. In die igitur hujus vitæ oportet operari cibum qui non perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filii hominis dabit vobis, Joan. 6. Hæc prima pars est sapientie, ea videlicet sedulo colligere, mentis magis industriâ quàm viribus corporis, quæ ad vitam animæ spectant. Post victum, mansionis commodæ et tranquillæ habetur victio. Cujus rei exemplum haberi vult Sapiens ab invalido et timido genere animalium leptusculo, seu,***

ut alii vertunt, *conicito*, qui suis viribus dilisus, loco minuto et inaccessi domum collocare solet, nempe in petra, aut monte saxoso. Exemplum non tam pro domibus fatisis construendis, aut urbibus et propugnaculis ac incommotis super rupem auniendis, quam pro futurâ domo; de qua Paulus: *Scimus quoniam si terrestris domus nostra hujus habitacionis dissolvatur, quod edificacionem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in calis*, 2 Cor. 5. Hanc *teporis* sive *canicali* sapientiam, qui non sibi fidi ipsi, ut diximus, neque suis viribus, sed petrae, imitantam docet Evangelium, inquit: *Omnia qui audit verba mea hæc, et ea facit, assimilabitur viro sapienti, qui edificavit domum suam supra petram*, Matth. 7, super quam Christus suam fundavit Ecclesiam. Ammonâ proinde collectâ, domo supra petram sapienter constructâ, danda est opera ut in pace et amicitia vivamus cum hominibus, vivamus amoris et charitatis vinculo colligati, et natura legibus magis quam principum: quod locustæ faciunt, animal exiguum, et ad sapientiam minimè natum; tamen hoc habent nature instinctu, quod simul de agro in agrum egrediuntur per infinitas turbas unanimes, ac si unum ducent sequerentur, neque minis profliciscendi tempus, incedendi ordinem, quiescendi stationes, aut castra movendi opportunitatem servare videntur, quam si ducent signâ dato sequerentur; egregium profectò exemplum, et plurimum hominibus sapientiam ostentans, absque concordia et unanimitate nihil posse fieri, nullam consistere rempublicam, nullam coalescere turbam. *Concordiâ parvæ res crescit*. Separate et disperse locustæ sine negotio interficiuntur; co-unite verò nullis viribus, nullo ingenio aut arte, interlicî possunt, latissimos agros tegunt, et tantâ proveniunt unitâ multitudinè, ut nemo conetur illas aggredi aut expellere; id quod cum in omni hominum societate debet fieri, tum inter eos qui divitiarum agnoscent et sequuntur sapientiam. Illorum, inquam, maximè est locustarum sequi exemplum et *turnatim*, sive *per turnas*, egredi, ut veritè interpretes, vel, ut alii, *adunatim*. Utrumque ad victoriam spectat, et belli speciem representat, quod adversum nos omnes intentatur, non solum à carne et sanguine, sed à principibus et potestatibus mundi et tenebrarum rectoribus, Ephes. 6, quibus locum non dabitur, si *sal non occidat super trucidium nostram*. Quod sequitur: *Stellio manibus nititur*, variè ab interpretibus redditur vox Hebræa *שׁוֹמֵר*, quæ similitudinem aliquam habet cum voce Latinâ *simia*. Atqui ita vertitur constanter ab aliquibus, præsertim cum in Hebræo non, *instititur*, ponatur, sed *tenet*, *apprehendit manibus*: quam vim simia inter animalia maximè videtur obtinere, quæ etiam in palatibus regum in pretio haberi solet. Sunt qui *araneam* vertunt, quæ manibus filum ducere videtur. Haud ita multùm refert, nam satis intelligitur parvum esse animal, quod in palatibus versetur principum. *Stellio* et *aranea* versant quidem, sed frequentibus in sedibus pauperum; verum *simia* ob ingenii sui dexteritatem, et humanæ prudentiæ nonnulli similia vestigia, in principum aulis habetur in deliciis,

cum aulis veluti unus de numero versans, et laudè vivens. Ex quo sapientiæ exemplum capere licet, et *manibus nititur, vel tenere*, quod quæsi in palatium regis penetrare. In *apprehensione manuum*, honorum operum exercitacionem intelligimus, quibus digni habemur æterni regis palatio, posteaquam unanimes hic in *domo Dei, quæ est Ecclesia Dei, columna et firmamentum veritatis*, versati fuerimus: melius enim est, ut priores sapientiæ partes, nempe de victu comparando, collocandâ domunculâ, de communicandâ societate adversus hostes in prælio, intelligantur in præsentem rerum statum, et ecclesiasticâ dispensatione; verum postremum illud, in palatio regis mansione obtinere, ad celestè præmium, piis operibus obtinendum referamus, juxta illud: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est*, Matth. 25.

VERS. 29, 50, 51.— *TRIA SUNT QUÆ BENE GRADIENTUR, ET QUARTUM QUOD INCEDIT FELICITER*: LEO FORTISSIMUS BESTIARUM AD NULLIUS PAREBIT OCCURSUM; GALLUS SUGGINTUS LUMBOS SUOS, ET ARIES; NEC EST REX QUI RESISTAT EI. Lyranus secutus R. Salomonem, hunc locum de quatuor bestiis exponit de quatuor regibus, in Daniele per quatuor feras figuratis, sed quam rectè viderit ipse; nam eâ ratione et interpretatione videtur Daniele non verè prophetasse, sed ex Salomone versionem suam accepisse. Numero partim ternario partim quaternario delectatus Sapiens, et rerum naturas rimando, rara quedam sapientium secreta tradere videtur: quæ cum ad nullam certam sapientiæ speciem aut normam referantur, nec auctoritate Scripturarum explicentur, erit integrum unicuique pro suo talento, quod accepit à Domino, in hujusmodi philosophari, et reverâ, hoc in loco, tantò majore cum difficultate, quantò minis naturam bestiarum habemus exploratam, quas exempli causâ proposuit nobis Sapiens. *שׁוֹמֵר* enim, quam vocem *gallum accinctum lumbos* reddidit interpres, non *gallum*, sed aliud animal significare testatur cum Hebræis Lyranus. Aben Ezra, vel *aquilam*, vel *apem* putat esse; alii *canem venaticum*, vel potius *pardum* interpretantur. Vocis origo est verbum *שׁוּמַר*, quod *cingere* significat; et additur dictio quæ *lumbos* sive *renes* significat: et quia canis venaticus vel leporarius eam speciem representat, et sit velocissimi cursûs, lubentissimè subscribam illis qui *canem* interpretantur *venaticum*: utrumque, tria animalia velocissimi et optimi cursûs intelligimus, nempe leonem robustiorem cæteris animalibus, qui nullius timet aspectum: secundum, *lumbos succinctum*, quodcumque sit; tertium, *arietem* sive *hircum*; quartum, *regem* *שׁוֹמֵר*, hoc est, *rex cui non resistitur*. Sic enim interpretatur Aben Ezra hunc locum, non ut quidam ex nostris quasi *שׁוֹמֵר* esset proprium nomen, sed duas vult esse voces, nempe *non stare*, q. d.: Non est homo qui stet in bello cum eo. Feliciter incedunt hæc; et vel diversa in Ecclesiâ designantur officia, et diverse functiones, quomodòmodum Beda doctissimè interpretatur, vel quatuor principales virtutes, quibus veluti quatuor virtus optimè incedunt et progrediuntur piorum hominum vite et cursus ad felicitatem propterantes æternam. In

leone fortitudinem quis dubitat indicatam? quæ omnia hujus mundi, seu prospera seu adversa, facile contemnit, nihil timens, neque ab instituto cursu deflectens quidquid evenerit: ut est hæc mortalis vita pluribus incommotis obnoxia. *Accinctum lumbos*, quodcumque sit animal, continentiam significat, quæ carnales restringimus affectiones, tantò magis idonei et habiles ad celestem cursum quantò minis carnis illecebris laxamus frenâ. In *ariete* verò seu *hircò*, qui dux gregis est, et reliquum vulgus videtur quodammodò gubernare, non absurdè prudentiam possumus intelligere, quæ virtus, cum rectè dispensat omnia, et futurorum rationem habeat, spiritualem cursum plurimum juvat. In *rex* denique quocum nemo congradi potest, vel contra quem nemo potest insurgere, justitiam amplectimur, virtutum omnium reginam: quæ tantâ æquitate, tam justâ mensurâ et pondere omnia libat ut nemo, quantumvis alicui alienus à virtute, justitiam possit accusare aut condemnare; nam quæ tribuit unicuique quod suum est, de omnibus benè meretur: malè verò de nemine. Aliter, non *stare cum eo*; sic enim in Hebræo legitur Ezra; q. d.: Talis *rex* seu *regina* est justitia, contra quam nemo potest stare, juxta illud: *Non intres in iudicium cum servo tuo, Domine, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens*, Psal. 144.

VERS. 52, 55.— *ET QUI STULTUS APPAREBIT, POSTQUAM ELEVATUS EST IN SUBLIME: SI ENIM INTELEXISSET, OUI SVO IMPOSUISSET MANUM. QUI AUTEM FORTITER PREMII UBERA AD ELICIENDUM LAC, EXPRIMIT BUTYRUM, ET QUI VERÈMENTER ERUGIT, ELICIT SANGUINEM: QUI PROVOCAT IRAS, PRODUCIT DISCORDIAS. Et qui stultus. Juxta Aben Ezra, sermonem dirigit ad Ethiel et Ucal qui ab eo petierunt sapientiam, et post magna mysteria duo communis vite præcepta vel imprimis necessaria adjungit: quorum primum ad tranquillitatem propriæ conscientie spectat, alteram ad communem cum hominibus charitatem et concordiam. Quod ad primum spectat, aliter habetur in Hebræo, verbis duntaxat, non sensu, nempe: *Si stultè egisti, cum ele-**

vatus fueris, et si cogitasti, manum ad os. Elevatio ad magnos honores est causa nonnunquam magnæ stultitiæ, et ut homo stultè agat multa. Consilium sapientis est, ut cohibeat quisque cogitationes malas, ne verbo vel opere erumpant; hoc enim significat *manum ad os*. Aben Ezra vult præteritum esse loco futuri, ut sit sensus: Si stultè agas, cum fueris ad honores evectus, vel si cogitaveris (supple *stultè*) quidquam facere, *manum ad os* (supple *ponas*), quod cogitabundi solent facere; et tecum cogita, tecum inibis consilium quam absurdum sit quod moliris: atqui hæc res, ut diximus, ad tranquillitatem propriæ conscientie plurimum facit. Quod sequitur, ad communem cum hominibus concordiam spectat; et monet Sapiens ne quis nimium provocet iram aliorum. Neque legendum, ut nos habemus, qui *fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum*. Nam præter hoc, quod in Hebræo nulla sit mentio *uberum*, etiam jam contra rerum naturam est, ut *butyrum* exeat, quantumvis durè prenat quis ubera. In Hebræo legitur: *Qui premit lac, facit exire butyrum*. Septuaginta: *Mulge lac, et erit butyrum*, sensum assenti felicitè. Hebræi clausulam interpretando subamittunt in *utre*, ad hunc modum: Qui durè conecat vel premit lac in utre, facit exire butyrum: puto nos librarios vitio habere *ubera* loco *utre*; vel si quis omninò *utera* legendum contendat cum interprete, erit duplicata similitudo ad hunc modum. Qui *fortiter premit* (supple *ubera*) *facit exire lac*; et qui premit lac in *utre* vel *lagenâ*, *facit exire butyrum*. Duplici similitudine ad eundem scopum tendit, ut ostendat quoniam esse patientiâ, dandum locum ire; nam ut qui nimium premit iures ut sordes eliciat, sanguinem aliquando exprimit; sic si quis multum urgat, et veluti mungeat iram provocando, rixas et contentiones eliciet: quæ res, si quæ aliâ, maximè amarum reddidit humanam societatem. Sensus proverbii non est diversus ab eo quod superius legimus: *Sermo durus suscitât furorem*, cap. 15.

CHAPITRE XXXI.

CAPUT XXXI.

1. Verba Lamuelis regis. Visio quæ erudit eum mater sua.
2. Quid, dilecte mi? quid, dilecte uteri mei? quid dilecte votorum meorum?
3. Ne dederis mulieribus substantiam tuam, et divitias tuas ad delendos reges.
4. Noli regibus, ô Lamuel, noli regibus dare vinum, quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas;
5. Et ne forte bibant, et obliviscantur iudiciorum, et mutant causam filiorum pauperis.
6. Date sicram merentibus, et vinum his qui amaro sunt animo.
7. Bibant, et obliviscantur egestatis suæ, et doloris sui non recorderint amplius.
8. Aperi os tuum muto, et causis omnium filiorum qui pertranseunt;
9. Aperi os tuum, doceæne quod justum est, et iudica inopem et pauperem.

1. Paroles de Lamuel, roi. Vision prophétique par laquelle sa mère l'a instruit.
2. Que vous dirai-je, mon bien aimé? que vous dirai-je, cher fruit de mes entrailles? que vous dirai-je, enfant chéri et souhaité par tant de vœux?
3. Ne donnez point votre bien aux femmes; et n'employez point votre richesse pour perdre les rois.
4. Ne donnez point, ô Lamuel, ne donnez point de vin aux rois, parce qu'il n'y a nul secret où règne l'ivrognerie;
5. De peur qu'ils ne boivent, et qu'ils n'oublient la justice, et qu'ils ne blessent l'équité dans la cause des enfants du pauvre.
6. Mais donnez à ceux qui sont affligés une liqueur capable de les enivrer, et du vin à ceux qui sont dans l'amertume du cœur;
7. Afin qu'ils boivent, et qu'ils oublient leur pauvreté, et qu'ils perdent pour jamais la mémoire de leurs douleurs.
8. Ouvrez la bouche pour le muet, et pour soutenir la cause de tous les enfants qui ne font que passer.
9. Ouvrez votre bouche et ordonnez ce qui est juste; et rendez justice au pauvre et à l'indigent.